

Alla. x. Hodie factis quia uenire dominus &
mane uidebitis gloriam eius. **Scdm math.**

In illo tempore: Cum esset desponsata ma-
ter ihu maria ioseph antequam conuenirent
inuenta est habens in utero de spiritu sancto ioseph
autem uir eius cum esset iustus et nol-
let eam traducere: uoluit dimittere eam oc-
culte. Hec autem cogitante: ecce angelus domi-
ni in sompnis apparuit ei dicens. Ioseph fi-
li dauid. noli timere accipere mariam con-
iugem tuam. Quod enim in ea natum est
de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et uocabit
nomen eius ihesum ipse enim saluum faciet
populum suum: a peccatis eorum. **off.** Tollite por-
tas principes uestras et eleuamini porte eterna-
les et introibit rex glorie. **Secreta**

Da nobis quesumus omnipotens deus: ut
sicut adoranda filij tui natalicia pre-
uenimus: sic eius mirra capiamus se-
pultura gaudentes. **P. coio** Reuelabitur

